

Martial. libro 2. Epigrammate 20. pag. 118.

*Carmina Paulus emit: recitat sua carmina Paulus.*

*Nam quod emas, possis dicere jure tuum.*

Plagiarium Paulum excusando carpit, qui, quum carmina emeret, ut sua recitabat, nam emptione res sunt emptoris, *Ramires. L. 1. Epigr. 30. & l. 6. Epigr. 12.*

Sic de *Innocentio VIII.* qui è diversis concubinis *XVI.* Spurios procreasse dicitur, non invenustè Marullus ludit:

*Octo Nocens pueros genuit, totidemq;  
puellas,*

*Hunc meritò poterit dicere Roma Pa-  
trem.*

Et de *Johannâ* puerum pariente:

*Papa pater Patriæ cunctis vult sanctus  
haberi.*

*Sanctum non possum dicere, dico Pa-  
trem.*

Nobilis 1. virtute. 2. scelere. Sic Cicero: nobilissimæ inimicitia. Et nobilitatus quis virtute. & flagitijs dicitur. Sic *auffhes.*